

Decretum Theodorici burgravi de Alden-  
burg, atque magistri generalis ordinis Teuto-  
nici super controversiis inter civitates Elbin-  
gam et Dantiscum de pecunia vulgo Sfal-  
geld nuncupata vertentibus, emissum Dantisci  
quarta feria ante dominicam Salsmadum anno  
1341.

Nos frater Theodoricus burgravius de Aldenborg  
ordinis domus Theutonice Hospitalis sancte Marie  
in Hierusalem generalis magister; Universis iudum  
notitiam habitudinis fore notum cupimus et publice  
profitemur, quod dissensio seu discordia, que inter se-  
dulos vestros, honorabiles et discretos viros cives in  
Elbingo ex una, ac cives in Dantzic parte ex alte-  
ra, ex parte pecunie, que Sfalgeld in vulgari dicitur  
vertebantur, in presentia nostri et fratrum nostrorum  
hoc modo est complanata et sopita, videlicet, quod pro-  
scripta pecunia Sfalgeld vulgariet nominata proveni-  
ens de bonis, que in Balgam pervenerint, civibus  
in Elbingo, et pecunia, etiam Sfalgeld vulgariet pro-  
veniens de bonis que supra Vislam  
pervenerint, civibus in Dantzic debet perpetuo ce-  
dere ac derivari. In cuius rei evidentiam et me-  
moriam perpetuam sigillum nostrum presentibus  
est appensum Datum et actum in Dantzic, anno  
domini millesimo trecentesimo quadragesimo primo,  
quarta feria ante dominicam Salsmadum. Huius  
rei testes sunt honorabiles et religiosi viri fratres  
nostri in Deo dilecti Rudolphus Konig magnus com-  
mendator, Henricus de Kniperode commendator in  
Dantzic, Christianus Vice-commendator ibidem, Fride-  
ricus de Spangenberg, Eberardus Diise, Joannes Lar-  
genberke, Dominus Henricus Sambiensis Ecclesie ca-  
pitularis capellanus noster et alii quoniam plures fide digni.

Handwritten text at the top of the page, possibly a title or introductory paragraph.

Main body of handwritten text, appearing to be a letter or a formal document, written in a cursive script.